



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten

Calino, Cesare

Augspurg ; Graez, 1744

VD18 80280064

In Festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49389)

IN FESTO
NATIVITATIS S. JOANNIS
BAPTISTÆ.

1.

Quis putas puer iste erit? Luc. 1.

Visis prodigiis, quæ circa Nativitatem Joannis contigere, ut quod mater sterilis peperit, quod pater mutus linguæ usum receperit, idemque Joannis nomen filio indiderit, quærebant, quantus vir olim puer futurus esset. Quis erit? magnus nempe, qui Domini adventum, & generis humani redemptionem non solum annunciet, sed etiam prædicando promoveat. Imitari eum possumus cooperando ad proximi salutem, cujus rei exemplum perfectissimum habemus in Joanne. *Mense X. Disc. 288. pag. 257. usque ad num. 6.*

2.

*Etenim manus DOMINI erat cum illo,
Luc. 1.*

Joannes coram discipulis suis summam laudem Christo tribuit, & per hanc uberrimum fructum animarum retulit. Referemus & nos, cujuscunque conditionis simus, si zelosorum virorum prædicationes audiamus, ad eas audiendas alios excitemus. *Mense X. Disc. 288. pag. 265. à num. 6. ad fin.*

3.

3.

Fecit redemptionem plebis suae. Luc. 1.

Primus, qui palam de adventu Messiae praedicavit, Zacharias fuit, priusquam nasceretur Christus. Alter Joannes Baptista jam nato preparavit viam in eremo, praedicans baptismum poenitentiae. Purificanda enim & preparanda erant hominum corda, ut veniens cum Christo gratia mundum inveniret hospitium. Multum refert, quibus nos modis ad recipiendam peccatorum remissionem praeparemus, ut inde uberrimos fructus reportemus. *Mense X. Disc. 285. pag. 202.*

4.

Quis putas puer iste erit? Luc. 1.

Jam tunc augurabantur magna quaevis, & excelsa de Joanne, cujus nativitatem tot stipatam miraculis noverant. Multo autem mirabilior ipsa ejus pueritia fuit, quam in eremo ducere coepit, & in summo vestium ac victus rigore ad virilem usque aetatem produxit, meritis ob admirabilem istam temperantiam illud Christi elogium: *Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista.* Conemur, quantum possumus, illum imitari, discamusque, quid sit vera temperantia, & quam nobis sit necessaria. *Mense VIII. Disc. 236. pag. 374.*

IN